

debite peragantur, sine diminutione et difficultate qualibet annis singulis ministrentur, nobisque ob id dicti . . testamentarii cum magna precum instantia humiliter et devote supplicassent, quatenus dictam ipsorum donationem, nomine quo supra, ex causis praemissis nobis tam pie tamque devote oblatam pro sollempnisatione praedicti festi per modum supratactum grato susciperemus affectu ipsumque festum taliter sollempnisiari et festivari per modum perpetui statuti in nostra ecclesia perpetuis utique temporibus faceremus, certumque pro ipsius sollempnisatione statutum desuper facere curaremus. Nos igitur eorum precibus tamquam iustis et rationabilibus non immerito annuentes et dictam ipsorum donationem ratam et gratam habentes, de unanimi et concordi nostri capituli consensu pariter et assensu statuendum duximus et praesentibus statuimus, praedictum dominicae circumcisionis festum in antea singulis annis perpetuis inquam temporibus in nostra ecclesia secundum affectum et desiderium dictorum testamentariorum cum magna praepulsatione, provisione et ministracione dominorum, cantu in organis, praeparamentis et ornamentis missalibus aliisque omnibus sollempnitatibus ipso die nativitatis Christi fieri consuetis sollempnisandum et observandum esse et taliter sollempnisiari et observari debere, secundum ordinem tamen de ipso festo alias in nostro breviario contentum, cum adiectione responsorii, verbum caro factum est<sup>4</sup> in primis et secundis vesperis, ut supra dicitur, utique decantandi, et ad illius sollempnisationem et observationem per omnem modum superscriptum vigore dicti statuti nos et nostros successores in perpetuum astrinximus et astringimus per praesentes, dictas etiam ministraciones pro custode, campanatore, subcustode, rectore scolarium, cantante in organis et calcantibus in eisdem, ut supra scribitur, faciendas ipsis et cuilibet eorum de communibus capituli nostri redditibus annis singulis incommutabiliter et inviolabiliter dare et persolvere promisimus et promittimus bona fide, et ad illorum solutionem nos et nostros posteros obligavimus et obligamus harum, quibus sigillum nostri capituli appensum est, testimonio litterarum. Datum et actum Misnae anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono in die beati Thomae apostoli, quae fuit dies vicesima prima mensis Decembris.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Capitels an einem Pergamentstreifen.

No. 659. 1380. 25. Jan.

*B. Nicolaus verfügt auf die Anfrage des Abts und Convents des Klosters Neuzelle, dass das Hospital zu Beeskow unter den geistlichen Stiftungen dieser Stadt die erste Stelle einnehme und die dasige Pfarrkirche ein Zubehör desselben sei.*

Wir Nicolaus — — haben vns beraten mit etzlichen schrifftgelarten vnd mit fulbort des wirdigen heren Titterich von Cappelindorff des archidiacon zu Lusitz irkennen vnd vorkundigen hiemit, das das hospitall von aldirs gewest vnd ist das vornehmiste vnd vbirste vnnnd die pfarkirche sal dem gmelten hospitall zugehörig vnd vnderworffen sein. Wir wollen ouch vnnnd gebieten, das der probist personlichen sall gegenwertig sein vnnnd wonen; denn die statt ist fast behabt mit volke, auff das er demselbten volke vnd sunderlichen den kranken im hospitall die heiligen